



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ivliana V. M. 16. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

fecit Christiano indignum. Iamque ad palmarum vocabatur, cum semel iterumque NICEPHORVS ad genua euntis accidit, lacrimansque veniam rogat, daret hanc moriturus pro Christo, si non sibi, certè ipsi Christo mortuo inter preces pro hostibus fusas. Audiebat hæc Spiritus, neque tamen vel verbis, vel oculo dignatus NICEPHORVM est. Ergo non placuit cælo palmarum illi date, qui se ipsum nollet triumphare. Cervicem præbere Iesus, mortem turpæ vitæ redimit, & Christi Sacerdos facere. eheu! Iovi promittit, nec quicquam per omnes Superos obstante NICEPHORO, non referret, quem cælo jam posuisset pedem, non dimitteret, quam jam jam prehendisset palmarum. Ne tamen gratis lictor gladium strinxisset, accurrit ipse NICEPHORVS, & succedaneam victimam se obtulit. quid multis in aliena præmia involavit.

Ex Metaphr.

Discordans & dissidens nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis poterit evadere; quia scriptum est, qui fratrem odit, homicida est; quale ergo delictum est, quod nec Martyrio sanguinis potest ablini?S. Cypr. serm. 6. de Orat. Dom.

S. IVLIANA V. M. 16. Februarij.

Pulcherrimâ formâ IVLIANA pulcherrimè est usq. In hac enim velut speculo opificem hujus Dævum caput intueri. Christo igitur addictam parentes Eleusio desponderunt, viro nobili & urbi Nicomediae Praefecto. Sed quia superstitioni hic deditus erat, negavit IVLIANA sibi foedera nuptialis cum illo fore, qui animum hostilem in thorum ferret. Ab hoc proposito ut dimoveret parens, arietes admovit, minas, repulit virtus. Egit cuniculos,

culos, blanditias; clusit. Inclusit carceri; thoro illa hunc prætulit. Tandem Eleius, ille nuper sponsus, fit sponste judec. Mox in carnificem abit. Cædit verberibus, quod nuper laudabat corpus. Suspedit, quibus nup. r captum se fatebatur, capillis. Vrit ferro ardores suos, artus castissimos. Et has demum illa blanditias in sponso laudavit. Interca boni Angeli vultum induitus malus, satis ait virtutum datum esse. Dissimularet posthac pietatem. Superis cordi cor fore, quod per vium utique illis esset. At IULIANA, fraude inter preces cognita, vincula sua exuit, & consiliario pessimo induit. Vincto verbera etiam addit. Tunc sub virginis manu genuit orcus, & malum Angelum bonus risit. Porro martyr flamas ad quas damnata erat, lacrimis extinxit, lebetem ab igne ferventem precibus rupit, denique prius quam manum judici proco daret, caput dedit. Mox tamen etiam poenas hic. Undis enim haustus, & in littus ejectus in cibum canibus cessit, dignum nactus tyranno sepulchrum. Ex Metaphr.

Demonum est, malas cogitationes suggerere; nosfrum est, illicè eas expellere. Voluntate suâ cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, quistat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat. cum pulsat, nisi cum hanc sibi per delectationem subjugat. S. Bern. de Int. Dom.

S. S A B I N V S E P. 17. Februarij.

Quis fidem habeat? Plura Pont. SABINVS videt, cum oculos senex amisit, quam prius cum utrumque circumulit. Certè, quæ nulli oculo pervia sunt, arcana animorū & longè absentia, perspexisse memorant. Et ecce adest hoc ipsum feliciter experturus Totila. invitatus ad coenam frugalem